

lent, quia ex opposito consequentis, infertur oppositum ante; oppositum, consequentis est ista. Hæc essentia non hêt filium, ergo antecedens falsum. Hęc essentia est pater.

Ad primum argum. dicit Mag. vnum notadum q̄ res non sermoni, sed sermo rei, est subiectus: Ideo oportet accommodare sermones Doctorum ipsis rebus vt sunt. Igitur quando dicitur q̄ essentia est genita, quia filius est de substantia, & de sapientia, & essentia patris interpretari oportet illas auctoritates, q̄ non respiciunt productionem essentia, vt essentia, quia est æterna, sed respiciunt ipsum suppositum, quod est eiusdem nature cum producente, Ideo dicatis cum Magistro. Filius in diuinis.

Est de essentia genus. i. quicquid habet nascendo habet, & quia in generatione communicatur essentia, ergo est suppositum de essentia patris, quia generando communicauit.

Ita, quando dicitur est de substantia, de sapientia, & natura patris, est suppositum in illa substantia, quam communicauit illi pater. Quoniam relatiua dicuntur habere esse, per fundamentum, quod est substantia.

R. esse de substantia, & de essentia dupliciter.

Vel essentialiter, } Essentialiter, & hoc non, quia non generat. }
 Vel personaliter. } Personaliter, quia generatur a patre & hoc sic. }

Esse de substantia via dupli.

Ad 2. non est ex nihilo, non ex aliqua substantia, cum sit quod absolute, ergo est essentia. Trãseat, ergo generatur essentia, negatur Et quando dicitur, Omnis filius generatur a patre, transeat, sed hêt essentia, ergo Filius hêt essentia, ergo genita. R.

Propositiones categoricę si debeant esse verę vniuersaliter, oportet vt habeant duas limitationes.

Prima dicitur esse formalis } Formalis ratio est quando in subiecto includitur prædicatum, exem.
 2. Dicitur esse reduplicatiua. } In ratione formalis includitur Pater. Non possum intelligere filium nisi præconcipiam patrem cuius est origo.

Propositiones cathe. sumuntur dupl.

2. Requiritur. R. eduplicatio in subiecto, vt tollantur alij conceptus. Vt omnis filium in quantum filius est a patre genitus, Modo accedo ad propositum, quando dicitur hæc essentia diuina est filius, non est vera nec formaliter, nec reduplicatiue.

Non formaliter, quia prædicatum q̄ est filius, non includitur in rōne formali essentia: Nam essentia potest describi sine filio, cum sit quod absolute, Est tamē vera identice. R. ergo q̄ est Non reduplicatio, quia essentia in quantum essentia non est filius. } vera propositio idem p. non formaliter, & hæc Responstone oia alia solui possunt. Hęc quo ad præsentem lectionem, in qua habuistis q̄ & c.

In seq̄. lect. examinabo questionem Io. Bachonis in qua multa quærit. Primum an sit in diuinis principium elicitium, & actus elicitus? 2. An filius sit formalis terminus productus passiuę? 3. An rō formalis principian di sit essentia vel relatio: Ideo erit circa hoc, q̄ quid sit illud princ. elicitiuū, & q̄ d. constituat suppositiuū patris.

LECTIO VIGESIMA PRIMA.

In qua examinatur quid sit constitutum patris, & quid sit principium elicitium? Vbi propono quatuor, videlicet, Magister Bachonis confirmationem, quod est primum. Secundum, quod est principium elicitium. Tertium, quid constituit patris suppositionem. 4. Difficultates cum solutionibus.

Quo ad continuationem, Maxima est continuatio. Nam cum Mag. Sent. ostenderit in dist. 5. quod essentia nullo modo generat, sed persona patris generat, & filius generatur potest oriri dubium si in patre nõ reperitur nisi essentia, & relatio, quid constituat suppositum patris ad hoc vt possit generare?

Non possumus dicere q̄ sic essentia, quia tunc omnes alie personę generarent cum habeant essentiam. Non possumus dicere q̄ sit relatio, quia relatio oritur ex generatione actuali, vnde ex productione filij oritur respectus mutuu inter productum, & producentem, qui dicitur Paternitas, & filiatio, ergo non est dicendum, quod suppositum patris generet: Ideo Doctor Noster, vt tollat hanc difficultatem, quærit de principio constitutum patris, & sic apparet maxima connexio, & ingeniosa continuatio.

Quo ad secundum. Quid sit istud constitutum patris, Inuenio multos, & per illustres Doctores tractantes hanc materiam diffusè in hac Dist. & in 26. huius patris, & præcipue.

Damasceus, } Damascenus tenet q̄ esse ingenitum constituit patris suppositum,
 Scotus, } Scotus Aureolus, & Michael noster tenent q̄ suppositum patris constituitur per
 Aureolus, } ipsum generare,
 Henricus, } Henricus tenet cū Doctore Nostro, q̄ potentia generandi, vel generatiuitas con-
 Michael & } stituunt patris suppositum.
 Doctor noster. } Examinemus primo Doctoris mentem. Dicit Io. Bachonus, q̄ Generatiuitas in patre dicitur esse prima & principalis ratio constituendi suppositum patris. Probatur.

Constitutum patris.
 Micha. i. D. 5. com. 3.
 Hen. sum. art. 39. q. 4.

illa dicitur esse vera, & propria ratio formalis constitutiua alicuius suppositi, quo illud suppositum est incommunicabile, & distinctum ab omnibus alijs, & est a se.

At generatiuitas est ratio incommunicabilis alteri a patre, ergo generatiuitas est patris constitutiua.

Maior est manifeste ex Aristotele, & omnibus Philosophis, & præcipue ex paraphrasi Metaphy. Tractatu, 2. col. 1. 2. ubi loquitur, q̄ rerum distinctio sumitur penes causas efficiētes, materiales, & finales, & præcipue penes formam. Minor etiam patet, q̄ generatiuitas sit incommunicabilis, quia pater generat.

Confirmat opinionem suam ex doctrina philosophi, & aliorum D. Doctor, & primo exemplo ostendit.

Imperator dicitur esse victor. Quæro per quam rationem formalem constituitur victor? Forsitan, quia superauerit Regem Turcharum? Minime, quia superare dicit actionem: dicit operationem: At operationes sunt suppositorum, supposita nõ operantur nisi sint constituta in essentiali, & virtuali, & formali, vt possint operari, ergo oportet dari aliquod præcedens ipsam victoriam: istud autem erit aptitudo foris ad vincendum. A simili. Si primum suppositum debet generare, & producere actum elicitum, quod est filius, oportet, quod primum suppositum sit constitutum aptum ad generandum: At aptitudo ad generandum dicitur esse generatiuitas, i. potentia apta ad generationem, ergo ipsum primo constituit.